

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Reuerédo uiro,eruditione & uirtute prestanti, domino Ioanni Bugenhagio  
Pomerano,doctori theologiae, pastori ecclesie Dei in oppido  
Viteberga,patri suo colendo,Philippus Melanchthon S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Reuerēdo uiro, eruditione & uirtute præstanti, domino Ioanni Bugenhagio Pomerano, doctōri Theologiæ, pastori Ecclesię Dei in oppido Viteberga, patri suo colendo, Philippus Melanchthon

S. D.

Ingentem dolorem annos totos decem circumtulisti, in quo de paterno adfectu erga natos cogitanti sepe in mentem uenit, has & oporēt naturæ hominū insitas esse, ut sint cōmonefactiones de amore Dei patris erga filium, & deinde erga nos. Remoueamus igitur à Deo Stoicam toruitatem, & uerè nos diligī statuamus: cum condita & oporēt in natura hominum testetur, in sese etiam uerum & flagrantem amorem esse. Etsi autem de filiæ morte eas consolationes propono, quas scribilis: tamen cum et sensus aliquis maneat paterni desiderij ac doloris, & ad domesticum uulnus accedant publici dolores multo acriores, hīc me concursus miseriarum duriter excruciat. Sed Deum oro, ut publicas & priuatas calamitates nobis mitiget. Ago etiam ei gratias, quòd filiam meam in tranquillioem uitam euocauit. Vobis etiam gratias ago, quòd in meo morore tam patrio animo mecum doletis. Et Deum oro, ut uos uestrę Ecclesię domesticę & publicę seruet incolumes: & uobis Ecclesiam domesticam & publicā seruet. Scriptum Boiemicum ad uos intra paucos

paucos dies adferam: & de refutatione synodi uobiscum deliberabo. Reuerendissimo D. Episcopo Nauburgensi salutē opto. Bene & feliciter ualete. Die 29 Martij, Seruest.æ. 1547.

Guilielmo Reiffenstein Philippus  
Melanchthon S. D.

Remitto tibi alterum ex numismatis aureis: id uidelicet, quod recens factum est. Quod si alterum propter uetustatem tibi magis placet, libet̄ illud restituā. Non enim mihi tanti est ullū numisma, ut pluris quā amicitiam tuam faciam: alterū si mihi reliqueris, erit apud me inter multa alia hoc quoque tuæ erga me beneuolentiæ pignus. Nuper tibi per Northusanum quendam misimus literas: si accepisti, intellexisti quæ causæ fuerint, cur tam serō fidem meam liberem, tibiq; tuam restituam. Mirificè cupiebā propter multas causas te in his nundinis uisere. Sed hic me quædā publica negocia obligant. D. Michaeli dicas meis uerbis multam salutem: quem quidem ego, si ad nundinas uenissem, nō dimisissē, nisi empto murrhino uase, quo genere supellectilis mirè delectatus sum aliquandiu. Sed ignosceas mihi iocanti. Vale.

Indole & uirtute præstanti C. M. Philippus Melanchthon S. D.

Charissime Christophore: Angeli in his ferijs

q præci-